




6 Cl
2660




- 1) 1. Cel. 2658 aida dialogicā antea diep/pe
- 2) 3. Bezū Bl 2656 v/ Ro
- 3) 4. Tak. Pa 1698 textoid v/
- 4) 6. 00
- 5) 12. 00 Rom.






- x 1 Ubr. de Hutten Dialogus.
- x 2 ejusdem, investituræ in Alexander
et marianum f. 1521
- x 3 ejusdem conquestio ad Carolum
imperatorem 1520
- x 4 ejusdem dialogus inter se et
sebrum
- x 5 ejusdem acta exortiones
decretalium anti Christiana
rum.

6. ejusdem exclamatione in incendium
 Lutherianum, 1521
7. ejusdem gossuaris briefen,
 nemo.
8. ejusdem Blage ubi de
 Lutherianis brand,
9. ejusdem beilage der fünf
 päpste seit formation
10. ejusdem Blage an der der
 geyß.
11. ejusdem anzeige eines brief
 der geyß allmeyer
 gegen den päpsten verfallen
12. ejusdem epistola ad Lutherum
13. Contr. Gantlin eines Concilia
 zu fallen, und daß ein
 jeder bey der alten
 Christl. glauben bleiben
 solle.
14. Alrici von Hutten lustigen
 dialogus. 1544.





VLRICHI DE HVTTEN
EQVITIS GERMA
NI. AVLA. DI
ALOGVS.

AD LECTOREM.

Res est noua Lector, res est iucūda
lusus perurbanus & facetus : dispe
ream nisi legisse voles, Vale.

CVM PRIVILEGIO
IMPERIALI.

MDCXVIII



Universitäts-
Bibliothek
Halle

L 2, 1875



VLRICHI DE HVTTEN EQ. AD HENRICHVM
Stromerū Auuerbacchum Medicum, In Aulam
suam Præfatio.



A tu rem mihi periculosam suafisti
Stromer, de vita Aulica vt scriberē,
hoc potissimū tēpore, quo tot agen-
tibus hic principibus, tanta est auli-
corū frequentia. Quasi vllō modo
tutū sit, has spinas contrectare, aut
consultū eos irritare, quibus etiā si
blādus sis, non admodū placeas. Et
dic mihi amicissime hominū quid te
iuuit in hoc discrimen abducere ami-
cum? nec in mentē venit, cui me fu-
rori obijcias, cōtra quā rabiē excites, præsertim aulicū & ipsum
nuper factū: vt in aula iubeas me aulā offendere, & quod dici
solet, ἐμ φρέατι κυσί μάχεσθαι. Quid restat aliud igitur, nisi vt
me ob istas nugas, non in nostra quidē aula, in qua tuta ac tran-
quilla sunt omnia, verū vbiubi negociū incesserit, vt apud hos
rerum dominos agendū sit, ex stipatoribus vnus cubito protru-
dat, aut inflicta calce præcipitē eijciat, deīde fiducia plenus, facti
rationē reddat, ac causam tueatur, quam mihi impugnare non
vsq; quacq; oportunū sit, demū ad palinodiā quoq; adigat, quā
nisi mox promiserō, dentes amiserō. Nisi tu contra aulicā vesae-
niam, habes medicamentū, aut iam parasti helleborū, quo furen-
tes illos inebries. Quod si est, quæso in tempore consiliū cape, vt
veniēti malo occurras. Sed vereor ne in medicina non tantus sis
vt hominū affectibus mederi scias. Et iam mihi caput, mihi os,
mihi malē trepidant. Ac aliquē videre videor, ex gigantibus re-
gīs, pugnū sex librarū stringere, quē iam iam in buccā mihi im-
pingat. Quod vbi fiet, tum vereor, ne tu in sinū interim rideas, et
pro ludo ducas, mihi alapas infligi, os obuerberari, dentes excu-
ti. Et fortasse mortis causa si mihi fueris, non magni facies, q̄ cle-
ricus non sim, vt illo te sagittent Canone Ecclesiastici patres, Si
quis suadente diabolo. Verum heus tu, hominē esse memineris

A ij


Hc 6431.

idq; satis existima, quod tibi iratū deum reddat, quandoquidē
sic ille dicit, quod feceritis vni ex minimis meis, mihi feceritis.
Vn deum igitur prodere, cum hoc facias, si me aulicis simijs dis-
cerpendum tradis? Quæso rem intuerere, ac consydera, q̄ non de-
ceat, sero sapientem te, illud, non putabā futurum hoc, pretexe-
re. Credis enim non vehementer quosdam succensere mihi, ob
hoc nugamentū, aut eam esse in aula moderationē, vt qui sic cō-
moti sint, contineant sese? Preterea memento aliquos esse, qui-
bus iam ante auersa fuit a studijs mens, hi exilient, ac arma &
equos poscent, his ferme verbis, hoc ille feret impune scriba?
Nosti enim quantū literatis detractum putent, quando scribas
vocant, nobis contumeliam minime agnoscentibus. Qui vt stul-
tus sit metus, vulgatum hoc tamen est, occasione tantummodo
opus improbitati. Sed iocatum satis est, per miras Stromer diffi-
cultates, vt tibi obsequerer, eundum fuit. Primū Canicularibus,
infesto studijs tempore, ingenium cum exerceam. Deinde in hoc
Germanę nobilitatis cōuentu, in quo ita turbis referta sunt om-
nia, vt nemo satis meminisse quid suum sit queat. In quo nulla
quies, nullum silentium, nulla tranquillitas, ingentes tota vrbe
motus, vociferationes, tumultus, equitatiōes, strepitus, clangor-
es, equorum hinnitus, plaustrorum stridores, bombardarū to-
nitrua, tubæ, concentus, saltationes, ac plausus. Quæ me cū cir-
cumstent, & paucis diebus absolui negociū postulet, ac nihil
interim cessare obeundis in aula officijs liceat, aliquid arbitraris
in hoc dialogo futurum, quod his placeat, quib. vt placeamus,
studere debemus? Ede tamen inquis, vt te hic esse homines co-
gnoscant. Erras bone Stromer. Neq; enim tanti est, in hominū
oculis ac auribus versari me, vt ob id incōsyderatius aliquid, &
cui non prius limam admouerim, in lucē edam. Placuit ais Peu-
tingero, viro vt grauissimo, ita egregie docto, & naris emunctę
& Iacobo Spigel Regio secretario, rarę homini doctrinæ, &
iudicij singularis, ac Stabio placuit festiui admodum ingenij, &
minime fucatę eruditionis viro. Vt dicam quod sentio, cōmou-
isti me his autoribus. Quancq; verendū, ne per amicitiaē studium
ex fauore potius laudent hi, quam ex iudicio probent. Verum
tamen peruicisti tu. Atq; ecce tibi Aulam in aula. Sed in ea aula,

in qua ista facere licet, & quæ nisi talis esset, nos non caperet. Sic enim iudico Stromer, simpliciores esse nos, quæ Aulicorum consuetudini aptum sit. Itaque gratulandum interim nobis inuicem, quos ibi exercet fortuna, ubi non magnopere nostri nos status piget, sub illo scilicet, omnium, quos hæc natio habet principes, benignissimo humanissimoque ALBERTO Cardinali & Archiepiscopo, qui cum maximo virtutum omnium teneatur studio, & singularis probitati amicus sit, imprimis tamen bonarum literarum studia, eorumque assertores, reuerenter suspicit, ac liberaliter fouet. Quis enim nunc recte per Germaniam eruditus est, quem ille non norit, aut a quo tali vnquam salutatus est, quem non largo munificentie suæ imbre consperferit. Atque ut sollicitus nuper fuit, ne quid se indignum pateretur bonus Capnion: ut cupide literis ad se vocauit Erasmum, cuius etiam nomini solet honorificam semper præfationem adiungere: & a nobis crebro percontatur, ex docte doctis, quid quisque faciat, quid patiat. Quæ cum ita sint, & omnino liberior sit nobis aula, quam in qua libere aliquid iocari periculum sit, ecce tibi Dialogum, quem iubeo speculi vice propositum esse aulicis illis, in quo se intueantur. Quanquam inuidiam deprecor, iussum est enim, ioco scriptum est, ne quis temere in nugis moueatur. Tum veniam meretur Misfaulus, tedio aulicæ consuetudinis impatientius forte, quam pro tempore inuectus. Id quod pro me illis inculca, & iam colloquentem cum Misfaulo, Castum audi.

VLRICHI DE HVTTEN EQVITIS GERMANI,
AVLA, DIALOGVS.

Interloquutores, Castus & Misfaulus. Castus.

 Vam non est hoc falsum Misfaule, quod aiunt, vestis virum facit. Nam tu mihi sic vestitus, sic cultus, valde places. MIS. At mihi contra non placeo, ac ad illos olim pannos respicio. CAS. Quid ais? Ab his mūdicijs, ad illas sordes? MIS. A seruitute ad libertatem Caste. Quem quidem pannis oblitum esse vilissimis oportuit, liber vt essem. CAS. Non es tu liber igitur?

A iij

MIS. Quia enim seruo, atq; vt intelligas rem plane vt est, hoc sericum vltro accersitam mollitiem, & vitam viris indignam arguit. Hæc qua collum obuinctum gero aurea cathena, miræ indicium est captiuitatis. Tum vbi me consultorē salutarī animaduertis, seruitutis symbolū accipe. CAS. Quo me ducis? quæ absurda refers? serui sunt, captiui sunt, qui in principū aulis versantur? MIS. Et miserum in modum. Deinde exules quoq; Nam quod vides molliter vestiri nos, quid aliud sibi vult quam a veris vitæ officijs longe exulare? Atq; ita me dii ament, vt meā conditionem quoties repeto, neq; liber esse mihi, neq; vir, sed expessimo captiuorū genere videor. Atq; vtinā maluissem cū Diogene olera lauare, quā regias cū Aristippo epulas sectari. CA. Valde præter opinionē ista narras. Proinde si tibi videtur, rem clarius expone, vt edoceas eam vitam, in qua te ego fortunatū existimabam, tantopere calamitosam esse. MIS. Facile est hoc intelligere Caste. Vides enim, vt breue vix tempus colloqui nunc tecum liceat, amico vetere, & aliquot iam post annos tandem reuiso. Sic illa cogit temere abs te foelix putata conditio. Nam ad septimam statim horam, standum ad principis conclauē. Quem sic operiri, ceremonia est. CAS. Et quamdiu standum? MIS. Aliquot sæpe horas. CAS. Quem in vsu? MIS. Officij causa, dum aliquid ille iubeat, aut ne quo incommittatur exeat. Adeo mea omnia extra me sunt. Ipse ab alterius iussu ac imperio, totus pendeo. CAS. Quid? illud pulchrum non est, sic vestiri? Summo cum homine consuetudinem habere. His immunitatibus frui? hæc cōtractare? huc ingredi? MI. Quid? Illud deforme non est, ad subitum tintinabuli pulsum, quasi fulmine territum sic exilire? Abiectis omnibus ad summi illius fores consistere? ibiq; non tantum quid ille iubeat, sed & quid nutu significet, aut digito crepet, religiose & ad anxietatem vsq; obseruare? Nullum habere sibi tempus, nullum locum proprium? omnia precario? aliena viuere quadra? ad omnem principis occursum pallere? erubescere? fugitare? Nonnunq; timere, ac obstupescere? tum multa simulare ac dissimulare? Toties ge-

nua inflectere: tantisper nudo esse vertice: omnia seruiliter, omnia suppliciter agere: nunquam tui iuris esse: magnis diu laboribus, multis vigilijs, fauorem hominis captare: obseruare ne quid dicas, quod ille probaturus non sit, nedum nequid facias: perpetua cum paribus inuidia conflictari: laudem pariter ac vituperationem indigno loco ponere: nihil dicere quod sentias, sed quod conueniat: plurima debere: plurima accepta referre: assentari: adulari: ipsum te negligere: omnia alterius curæ mancipata habere: indigna multa facere, multa pati: sæpe contra naturam conformare te alijs: CAS. Mare malorum commemoras. MIS. Recte ais mare. Et si libet, adde Tyrium mare, quod impetu rapit, vi detinet, fluctibus iactat, infidum, surdum, & instabile, repente turbatum: subito concitatum: inconstans inquietum: nunquam non procellis obnoxium: ventis expositum: tempestate furens: motu æstuans: plenum periculis: plenum exitio: impellens: ac inundans. Omni monstrorum genere: omnibus referum portentis. Ad quod per nauigandum: cum me dulces quædam syrenes illexissent: paulo post sentire cœpi: cuiusmodi malis fortuna inuoluisset quantam mihi ad miseras: meus error fenestram aperuisset. Ac lugens cum Homericis sapiente dico: οἴω με δὲ δαίμων τέρπει βεῖρεν. CAS. Mirum si tam fugienda res est aula: cum te philosophum reddiderit: ita vt gratiam habere debeas: huic vite: quæ te sic excoluit. MIS. Nescis: quanti hoc constiterit philosophari. CAS. Quasi vero quisquam citra laborem philosophiam didicerit: aut dura non sint: quæ ego facio vigilare: esurire: sitire: algere: æstuarere: peregrinari, terra ac mari studio: gratia multa pati: fraudare se voluptatibus: accersere dura omnia: & iniucunda: pulices pati: a cimicibus commorderi. MIS. Sunt ista quidem vt narras acerba. Sed quæ tu quatenus vis: minimeq; coactus fers. Tum eadem omnia adfert aula: & quædam præterea multo his duriora: nisi tu modica ista tãti facis: vt in pulicis morsu τὸ μᾶλλον κακὸν ἦρως Hercule inuoces. CAS. Omnes igitur ab aula trahis: & desertas principum domus reddis: vel miseros oēs putas: q̄ illis cõuiuunt:

MIS. Nihil istorum Caste. Verum sanitatē illis precor mundi dominis, vt sit instituendę aulę consilium. Deinde sic aio, valde prudentem esse oportere, magis etiam quam illum Homerium cum Vlyssēm qui caute hanc cōsuetudinē tractet. CAS. Vt intelligo, aut plane desipiunt reges ac principes, aut nulli boni sunt aulici. MIS. Neq; hoc, neq; illud. Nam & sapiūt aliqui principes, rari illi quidem, sed tamen aliqui, & ex aulicis quidam Vlyssēm imitantur, qui in turbulento hoc mari nauigantes, cæra obthuratis auribus, insidiosę Syrenū cantionis capaces non sunt, & consilium habent præternauigandę Scyllæ, vitandę Charibdis, & in Syrtes non impingunt. Tum quantū in se est, clausos in vtre ventos continent, quo minus sit perturbationibus locus. CAS. Et nō recte fit hoc, quod isti suadēt, vt nos temporari conformemus, & scœnæ vt aiunt seruiamus. MIS. Cum decoro recte, si possis. Quantū dedecet enim ἀλωπεκίσει μωροῦ ἔτερον ἀλώπεκα, quod aula imprimis exigit? Porro difficile est ibi continere te, vnde omnis exulat Continentia, & inuidiosum est, cum lupis si fueris, simul non vlulare. Mihiq; videtur paucissimis datum esse chlamidem simul ac pallium ferre. CAS. At præclarum mihi videtur, multos habere amicos, id quod vobis procliue est. MIS. Neq; procliue, ob peruersa aulę studia, neq; si id assequi possis: vno plus amico recte vtaris: vel Hesiodo persuadēte: cuius est illud: μὴ δὲ πολὺ ξεινοῦ, μὴ δ' ἄξεινον καλέεσθαι. Et quemadmodū Aristoteles sentit: omnem pœnitentiam amicitiam excludere: nec vllius consuetudinē admittere: ferinū esse & iniucundum: ita ego puto multos habere amicos: hominis esse nullius rei delectum habentis: nihil prudenter statuentis: nihil constanter facientis. Nisi amicos vocas: qui viciis die salutant: & dum te sibi vicissim assentari volunt: genibus inclinant nudo capite occursant: a tertio vsq; iugere dextram porrigunt. Et quidam sesquiulnaribus aduolutus tibis: continuo thus illud aulicum adspergit: magna promissa, ingentes pollicitationes. Dicas plane diuinitus oblatum tibi: a quo sic ameris. Cum ille interim huiuscemodi inescatum te illecebris: totum ad se trahit: tuaq; animaduersa simplicitate: crebro ista intonat. Heus age tuus sum: mea omnia committo tibi. Quid ni? Amicorum omnia

omnia cōmunia, vtere me vt voles. Voles aut̄ in mortē vsq̄, & confestim voles. Quas vbi bullatas nugas olfeceris, nihil prius tale expertus, incunctanter credis, ac forte secretū aliquod committis, quo ille arrepto, & certior factus, qua tibi parte plurimū obesse possit, quod apud Comicū est, altera manu panē ostendat, altera fert lapidē, verbis amicus est, cogitatione insidias struit, palam beneuolentiā, occulte periculū intentat. Qui vbi semel edoctus fuerit, quo te cōsilio subuertere liceat, nunq̄ sinit emergere, omnē pręcipit fauorē, & siquid tibi boni destinatū est calide occupat. Quod si neglectū te queraris, & officiū requiras, aut in disceptationē voces rem ipsam, tum se tibi opponit manifeste iam, atq̄ eo liberius, q̄ videri vult aliquando amicus fuisse tibi, & exprobrare illa possit promissa, illas bullas. Si ignoras enim, promittere etiā beneficiū est in aula. CAS. At aliquos inuenire licet ni fallor bonos. MIS. Et ea Caste rara auis est, quam tu vnq̄ sequi velles tanto periculo? CAS. Nondū cōstitui, quanq̄ certum est aulā experiri mihi. MIS. Ac tanto derelicto bono, in tantum te vltro pręcipitare malum? CAS. Imo ex bono in bonū traducere, non minus recte, q̄ qui ex bono citharædo bonus fit poeta Tragicus. MIS. Bene Tragicus. CAS. Et nequid pręter rationē proponere me arbitreris, sic accipe. Omnes qui in vmbra philosophamur, nec aliquando ad res gerendas accedimus, quod scimus nescimus. Nam vt in tranquillo nauim quilibet facile gubernat, ita in isto ocio, vnā quanq̄ rem strennue laudamus vel vituperamus, aut vtrumq̄ facimus, & consilia damus, ac de rebus maximis acutissime interdum disputamus, verbis abunde instructi, re penitus inutiles, & ad omne opus, nisi exerceamur prius, inepti. Iam ego enim quem in vsum toties caput scabo? vngues rodo? Qui si hodie rerum administrationi admouear, omnia imperite egero, in consilijs absurda, & nihil ad rem suafero, vt iure exclamaturus sit aliquis, boue ciues leporem venamur. Id quod illis quoq̄ cōtingere videmus, qui multos postq̄ annos in libris versati, multa ac varia belloꝝ genera legerunt, aliqui etiā scripserūt, opus aggressi, nihilo peritius rem militarē tractant. Adeo perite aliquid facere, aliud est, q̄ diserte dicere. At semper legere, semper meditari,

B

aut scribere etiā, vel differere, si nihil agas præterea, quæ tandem
vita est? Mihi enim viuere non videtur, qui, quod nostri aiunt,
sibi viuunt. Adde hoc, quod hi qui in studijs literarum diutius ver-
santur, non tantū interim non experiuntur res ipsas, verum etiā
fiunt plerūq; obeundis negocijs inepti, vnde suis vt plurimū mo-
ribus viuunt, ab aliorum conuictu abhorrentes. Quos spectare li-
cet, si quando hominū frequentię admoti fuerint, q̄ sint in om-
nibus difficiles, quanq; morosi, & cōmuni plane sensu carentes.
Audent tamen interim nulli non sua exprobrare vitia, ac reges
incessunt, vt stupidos, e medio tollunt militiā, omnē rei familia-
ris curam, vt superuacuā damnant, in diē viuendū docentes, di-
uitias risu, voluptatē conuictijs insectantur. Rident fora, rident
leges, non nauigare, non equitare per illos licet, puto non cacare
etiam, & quæ maxima pestis est, coniugia quoq; vt rem friuo-
lam detestantur, & humani generis propagationi operā dandā
non putant, vellent mundū desertum reddere, vt neq; ipsi essent.
Quid enim ista sibi volunt, optimū non nasci, proximū cito na-
tum aboleri? aut quid non absurdū hi qui vocantur monachi,
aliquando declamant? hortantur ad solitudinē, trahunt sub re-
gulam, ciliciū ostendunt, vitam cēlibē solam cœlo dignā prædi-
cant, rerum vsū damnant, mundum iugulant, quicquid extra
cucullū est sathanæ addicunt, ipsi nihil experti, nulla neq; bona,
neq; mala fortuna exerciti, atq; hæc illis ingerunt cellæ ac solitu-
do, vt quicquid ex culicis morſu indignationis conceperint, in
mores in tempora euomant. In principes in diuites, ac quodli-
bet diuersum vitæ genus iaculatur, ac illa ab inferis terricula, ho-
minum auribus atq; oculis obuersari faciant, ita depingentes ac
si viderint. Quos qui audiunt, aliqui mori destinant, alij in cellā
seſe abstrudunt. Nonnulli derelictis coniuge ac liberis, ad solitu-
dinē pcurrūt. Quosdā ita piget viuere, vt patri ac matri q̄ se ge-
nuerint irascant. Quæ cū video, & q̄ non deceat hominē nihil
agere cōsydero, ac quæ ipsum me circūstāt intueor, cū iā tēpus
sit, vt viuere incipiā, nō deserēdi quidē studia consiliū capio, sed
emergēdi ex his sordibus viā pspicio. Atq; hæc plixius attuli, q̄
ne mihi psuasum putares, tantū bonū esse sic ociari. Tu cœptū
de aula sermonē psequere. MIS. Nihil istos moror amice, q̄

terrarū orbi molesti sunt Theologifas, ac difficiles illos & sup-
ciliofos disputatores ipse nō pbo, nec te ī cellā relego, & agēdū
oīno aliquid puto. Sed aulam nego esse idoneā, qua emergere
potiffimū cogites. Quod si obstinatiffime vnum hoc vitę genus
tibi proponis, atq; ibi actę ætatis fructum quærīs, tum te dico
enassa cibum petere. CAS. At multi euehuntur apud princi-
pes, & ad honores cito ac dignitates transcendunt. MIS. At
multi confenesunt ibi pauperes, nec vsq; transcendūt, aut vnq;
speratum vitę portum attingunt. Quidam etiā maximas sepe
ad opes ac potentiā elati, quando illis visum fuerit, deiciuntur
rursum ac spoliantur. Vide enim q; acute hæc intellexerit sapiēs
ille qui sic exaltatos calculis Arithmeticis comparabat. Nam vt
illi aliquando minorē, aliquando maiorē numerū referunt. Ita
hos aliquando fortunatos, aliquando calamitosos, rursumq;
aliquādo illustres, aliquando obscuros, vt regib. libitum sit, ha-
beri. CAS. Licet sperare. MIS. Et falli licet, tum illud nū-
quam memoria tibi excidat, quod ille ait & rex & vates, nolite
confidere in principibus. Quod si me audis, non tanto spem istā
precio emes, nec ad hunc scopū, vitę arcū intēdes, aut dulcē scho-
lę quietē cōmutabis cum his turbis, quę me annos iam plus vi-
ginti. sine fructu exercent, dum teror ac conteror, dum sudo ac
algeo, dum valetudinē corrūpo, dura patior, grata refugio, dū
magnis laboribus ac vigilijs conor, dum omnē aleam iacio, neq;
aliud tamen assequor, præter vnū hoc, quod tibi tantis malis pa-
randum videtur, vt quemadmodū Phryges sero sapiā, vt in are-
nam edificasse me, ac ventos coluisse videā, & illud tandē intel-
ligam, quam non bene vitā instituerim. At te dulces interim mu-
sæ, omnis plausus securū, ab omni tumultu liberū, vera & hone-
sta voluptas detinet. CAS. Egentē sepe multīs. MIS. Cō-
temnentē etiā multa. CAS. At nunc querendę facultates, de-
inde ad virtutis studia redeundū, si vnq; liceat. MIS. Recte si
liceat, nā vt parari queāt hę q; petis facultates, aut laborē nō fe-
res tu, aut indigna multa non sustinebis, deinde vereor, ne bonā
tui partē deprauet aula. CAS. De labore scio, qui enuce nu-
cleum petat, ei necesse fore vt frangat nucē. Iam aut firmior mi-
hi videor, q; vt vllā posthac morum immutationē admittam.

B ij

MIS. De nuce fieri potest, vt nucleum non habeat, cui tu cum periculo dentē impegeras. Quod ad mores pertinet, nescis quā blanda pestis aula sit, quantumq; pondus, hi qui hoc mare perflant venti, quam nullo negotio dimoueant. CAS. Dic aliquid de ventis igitur, aut si prestat, de conuictoribus aulicis, interpellatū a me sermonē prosequere prius, deinde totū hoc mare absolue. MIS. Quos commemorauī conuictores Caste, hi sunt, qui cum Vlyssē illo tantū maris obeunt, infidi ac fraudulenti comites, quorū ille siue suo ingenio fraudē eluserit, siue deorū benignitate insidias effugerit, ad aliquā deferetur Calypso primum, deinde Alcynoi hospitium, post Ithacam forte occupabit. CAS. Qua hos igitur arte peruincere oportet? MIS. Prouidencia quam illi si quando abesse abs te senserint, perdendi consilium inibunt. Quare fidendū penitus nulli. Vt dicam enim quod sentio, optimā etiā indolē, & recte institutā vitam, in aula suspectam habere oportet, q; hi quos dixi ventos, omnia impellant ac perfringant, & summā sepe innocentiam ad pessimos mores inuertant. An non audisti illum qui ait? Discedat ab aula qui vult esse pius. Verum vt sint aliqui boni, periculosa tamen ibi experientia est, q; multi sunt pessimi, si opte partim ingenio, partim aulico veneno imbuti, οἷσι μὲν vt ait Comicus, οὔτε βωμὸς, οὔτε ῥῆσις, οὔτε ὄρεος μέγελ. Proinde cautū esse oportet, qui cum ingenijs conflictari velit eiusmodi, ac danda sepe verba, & vicissim adulandum, moresq; dissimulandi sui, atq; omni ablegato candore, istiusmodi simulandū ingenium. CAS. Vt intelligo, primus est iste discedendi a philosophia gradus. MIS. Et hæc est quam dixi difficultas. Quantus essem nunc enim ego, si vel simulare adulationē potuissem? Qui dum illum sequor naturæ rigorē, & bonus esse studeo, omnē tot erumnarū fructū perdo in sublime procul abeuntibus, qui equales erant, ac in his multis qui nec diu iam, nec multum a deo laborauerunt. CAS. Omnino igitur adulari necesse est aulico? MIS. Omnino. Sed faciunt hoc alij plus, alij minus. At quisquis huic iugo colligandā ceruicē prebuerit, opus est Alcibiadē imite. Nā vt aliter Athenis vixit ille, Attica morū suauitate aliter Lacedemone, solutius rursum alijs apud Thraces, populū bellicosum, alijs apud Per-

fas, mollem & delicatū, moribus vsus est, ita opus est aulico, om-
nem in modum conformare se moribus eorum quibus cum vi-
uit, vt ingenio omnē in partē mutabili sit, in omnibus versutus
ac callidus, in summa, ipso Protheo varius magis. CAS. Tra-
gicum est hoc malū. MIS. At in aulica Comœdia spectatum
Caste, nec aliud frequentius, aut timendū magis, cum intestinū
sit, cum domesticum. Nam qui aperte inimici sunt, facile ab his
tibi caueris. Hoc malū, per speciē amicitiae clam irrepit, blandū
venenū, fucata pestis. Atq; aliquos horū noui, miros in modos,
principū bonitate abutētes. Quosdam vero ita effeminate assen-
tantes, vt non verba tantū rebus accomodēt, verū etiā gestu ver-
ba exprimant. In quibus falsissimus animi index frons est. Qui
omnem oportune affectū simulant, vt ut volunt colorē vultus
mutant, vdi ac molles, & quancuncq; personā fingere velis ido-
nei. Qui omnia facile imitantur ac exprimunt. CAS. Et hos
alunt principes, ac honoribus efferunt. MIS. Et primo loco
decepti scilicet, homines grauibus alioqui curis impliciti, & ad
tristitiā procliuēs. Quos illi grata semper ac læta nunciantes, iu-
cunde afficiunt, omnia eorū admirantes, omnia laudibus efferē-
tes, etiā ea quę iniquissima nouerint. Non est inuenire aliud hoc
hominum genere peius. Atq; hi sunt, qui suis pessimis consilijs,
optime animatos principes, in multorū, in orbis pernitiē, inuer-
tunt ac peruertunt. Semper duplices ac bilingues. Per quos fit,
quo minus recte sapiant, recteue faciant illi. Quibus autoribus,
neq; bonis premiū, neq; poena malis est. Hi sunt Caste q; fumū
vendunt. Quibus ab illis emptoribus dicitur, cōmenda me prin-
cipi. Porro officia & prefecturas ab illis mercari licet. Et vt ali-
quid faciant, aliquid dicāt principes, redimere. Quibus illi quos
volunt caros, rursus quos volunt infestos reddunt. Hi a qui-
bus munera quoq; acceperunt, his aliquando fucum faciunt.
Quibus autoribus, multorū foelicitas principū perit ac subuerti-
tur. Hi sunt Caste sorices ac tineę palati; q; plurima die noctuq;
arrodunt ac corrodunt: qui plurima deuorant. Omnino enim
vitam ac sanguinē principū exugunt isti: ac lente consumunt. De
quibus valde prudēter Antisthenes philosophus olim monuit
Si necessitas vrgeat prestare: in coruos: quā in assentatores inci-

dere, illos enim mortuos, hos viuentes deuorare. Qui cum no-
xi vbiq; sint, vtilis nusq;, maximis tamen ac intolerabilibus alu-
tur sumptibus. Hos videas in omni mundicia, omnibus lautitijs
delitiantes, splendide vestitos, bene nūmātos, semper ebrios ac te-
mulētos, vel citra vinū, studiosos aleę, deditos crapule. Qui nō
aliter viuūt in aula, q̄ illa Vlyssis domi proeoz colluuiēs, adeo
non parare aut augere rem nati, sed cōsumere ac perdere, ἄγο υσι
καὶ φέγο υσι. Neq; istoz quicq; gratis, quandoquidem primi
isti munifice donantur, liberaliter habent, regie vestiuntur, ad of-
ficia facile, prefecturas ac honores euehuntur. Et de Palponib⁹
aulicis dictū fortasse plus, q̄ oportuit, sed iccirco vt intelligeres
hanc nauigationē quid potissimū difficilē, ac intranquillā redde-
ret. Ac in aula amicitia ne presumeres. CAS. Vt video, maxi-
me indignis beneuoli ac benefici sunt Principes. MIS. Atq;
hoc est, q̄ vides quosdā neq; genere claros, neq; virtute cōmen-
datos, in summū conscendisse. CAS. Scribas maxime. MI.
Imo quosdā scribis inferiores, atq; vtinā scribas tantū eueherēt.
Ita sine iudicio ac delectu liberales sunt principes. CAS. Iam
dudum extra tuū sermonē meę peregrinant aures, ac de illo co-
gito Morione. Sed tu tria verba, quę neglexi interim, repete.
MIS. Si de Morione prius dixeris. CAS. Audierat is auri
penuriā conqueri suum principē, & repente, quin tu scriba vis
esse inquit, vt aurū habeas. Nam illos prę omnibus pecunio-
sos viderat. MIS. Ita est. Nam & primi illi, & plurima in au-
lis principum lucrantur, partim dum literas ac signa vendūt, par-
tim dum cottidie aliquid a principibus exugūt. Quanquā quid
de scribis querimur, qui qualescunq; sunt omnino aliquis illoz
vsus est, cum alij multi sint, omnino inutiles, tantū fruges consu-
mere nati. Atq; igitur dixi, sine iudicio ac delectu liberales sunt
principes. CAS. Dñj perdant assentatores omnes, quo ne bo-
nos nobis diutius principes perdant. Sed tu iam de ventis narra-
nisi quid restat de adulatorib⁹. MIS. Huius generis sunt fra-
tres, qui principū mentes tenent, ex auditione confessionis. Circa
quod studiū adeo supersticiosi sunt illi, vt credāt perpetuo clau-
sos sibi cęlos, nisi ex Dominici aut Francisci phratia bene sagi-
natus aliquis, nitidus, & obęsus, aperiat. Neq; enim satis est sa-

cerdote hic vti, nisi ex ordine sit. Quasi nemo post mortem reuixerit, anteq̄ hi essent nescio quomodo ordinati ordines. Audiunt illi tamen interim secretissima quæq̄, & non produnt, nisi raro forte, dum inter alios Palpones in multâ nocte pergreantur, sed vt nunq̄ prodant, tamen sciunt quid principi, quatenus suadere conueniat, & quem non egredi oporteat limitem. Atq̄ igitur cautissime adulantur hi, ac mire semper abutuntur magnatum vanitate. Quorū aliquis persuadetur neminē ascendere illā beatorū mansionē, nisi qui prius in scapulis Francisci cōsederit, aut quem sublatū in brachia Dominicus sursum proiecerit, aut qui valde liberaliter fratrum reditus auxerit, monasteria locupletauerit, vel nouū aliquē huic colluuiōi nidū construxerit. Quo fit, vt indies magis ac magis crescat illorū res, nemine reclamante dum hostiatim colligunt, quasi res parua sit stipem emendicare, aut non in multa aureorū milia hī redeant stipes. Scilicet peritissimum est hoc assentatorū genus, ac identidē perniciosissimum. Nam per speciē religiōis mali sunt, sed iam ad ventos vocor. Hi sunt in aula Caste, fauor, inuidia, cupiditas, ambitio, luxus, consuetudo, egestas. CAS. Rem capere videor, quanq̄ audire libet, quomō hęc a suo statu mentē dimoueāt. MI. Fauor Caste, vt iniusta suadeas, cū hoc demulctus, rectū dignoscere haud facile possis, & iccirco iniquā sepe amici causam iuues, aut que amas, vtcūq̄ cadat hoc, principi pbes, cōtra inuidia vt bonis sepe obsis eq̄tatē impediās q̄ infesta habes, psequeris. Que duo, cū, q̄ i aula versant̄ adsint oib⁹, incorruptā nō sūt genuinā bonitātē. Atq̄ ita fit, vt multa indigna cōtingant, nā & eligunt̄ friuoli multi, ac excludunt̄ frugi hoīes, & iniuria fit bonis morib⁹. Iā de cupiditate nō dubitas in q̄s errores precipitet, vt nihil sepe facere nihil dicere aliq̄s vereat̄, dū qd̄ cupit paret. Hinc illa sunt in aulis piuria, illę pfidię illa falsa testimonia, tātō crebriora, q̄nto q̄s eget magis. An nō cupiditas est q̄ facit, vt mūera accipiāt aliq̄: vt fauorē principis, vt fumū vendāt: vt cōpilēt: vt depeculent: vt rapiāt: vt furent. Porro ambitio qd̄ nō pferre cogit: oīa digna ac idigna obire facit hęc et dissensionē excitat int̄ eos sepe, q̄ sibi chari iuicē fuerāt, & adulationē ac assētationē gignit, duas vt audisti maxias aulę pestes. CAS. Nō ferēdū viciū narras.

MIS. At frequentius ibi nullū est. Adeo q̄ late regnat in aulis principū ambitio, vt huic vni accepta referantur omnia. Nullus violentior Boreas nauim impellit, quam illa hominis mentē concutit. Qua imbuti qui sunt, omnes aut sunt, q̄ hęc ab aula nunquam absit, non dubitant pericula obire, discriminibus sese obijcere, per tela per hostes ferri, amicū ledere, necessitudines perire, fidem fraudare, in deos atq̄ homines delinquere, dum huic ciuitati p̄ficiantur, hoc officiū, hunc magistratū occupent. Aliquando etiā, vt sine fructu inanē titulū ferant. Ita falsæ gloriæ studiū, aulicorū omniū animis tenaciter inheret, agunturq̄ hoc flatu sursum ac deorsum, & in miros abijciunt errores, nōnunquam naufragiū faciunt, ac omnia perdunt, in largitionē ingenti consumpta pecunia. Habet enim viciū hoc comites, largitionē & reliquas corruptiones, quibus impellente ambitione, tota flagrat aula, ac omnia passim adurunt. Quid luxus? quā morū de prauationē adfert? quod contagiū trahit? viciū tanto alijs odiosius, quanto plura perdit ac dissipat. Hoc errore contemnuntur pecuniæ, non quo a sapientibus illis pacto, sed per stoliditatē ac dementiā, contra vanissima omnia adamantur, atq̄ inde preciosa vestis, inde purpura, inde aurū & argentū, inde gemæ ac margarite, & reliquę id genus nuge aulam inuasent. Quę omnia licet maximi emanent, magnanimitatis est tamen, ea abijcere, & pro neglectis habere, ac tanto quis animosior censetur, quanto hęc vilioris facit. Videas ad cōtentionem vsq̄ insumi pecunias, quo nequid splendidius alteri adsit. Nec ad vsum fit emptio sed ad inanē ostentationē. Quo loco, haud refert dicere, vnde suppetant hęc, aut hanc voraginē quid impleat. Certe impletā oportet, siue inde egeant subditi, aut ipsi etiā principes egeāt, siue vniuscuiusq̄ patrimoniū huc erogetur. Ac plura multo profundūtur ibi inaniter, q̄ in vsum vertunt necessariū. CAS. Fieri vido quæ dicis. Nam optime vestientē hic lanam, quid aliud contemnere docuit, vt peregre sericum emeremus, ac purpurā? aut non potuimus ornari, populus bellicosus, & omnis olim mollietiei contemptor sine gemmis sine auro? & nos sagi piget, nos lorice? MIS. Tum cinnama, crocū, piper, & reliqua exotica, id malum inuexit. CAS. Simul credo mores emolliuit, ac illud

lud vere Germanū robur eneruatū reddidit? MIS. Sic est, quā
to decentius enim, primi illi Germani feraꝝ pellibus amicare cor
pora solebant, cum multa interim strenue facerent, quā nōs sic
compti, sic ornati, nulla bella gerimus? nullis principibus, nullis
regibus iugum imponimus? nullā laudē parimus? nullā ad po
steros gloriā transmittimus? nisi q̄ alacriter plenis concursantes
poculis, vtrinꝫ vires cōminuimus, corpora delassamus, inge
nia perdimus. CAS. Quæ audio, sed perge. MIS. Præter
hæc in miros sepe scopulos impellit consuetudo. Quippe mul
torum conuictus in aula cum sit, in procliu est morū exemplū,
quod omnes trahunt. sed ita trahunt, vt adhuc viderim, q̄ cum
bonis consueuerant, meliores paucos, admodū multos per ma
lorꝫ conuictū deteriores factos. Hoc inducente flatu, adolescen
tuli in aulā delati primū, pereunt, omnis innocētia pessum it, can
dor infuscatur, bona indoles corrumpit. Cum enim, vt quidam
ait, in vetitum semper nitamur, ac negata cupiamus, abunde in
aula inuenire est, quo labē contrahamus, alij in gulones & potō
res incidentes, alij in aleatores, quidā in scortatores, plurimi pas
sim in assentatores ac simeas aulicas impingentes. Quorꝫ in me
dio quæ tuta probitas? quæ satis tibi munita integritas videtur?
CAS. Mihi quidē videtur, ipsa Pallas hac assuetudine contra
ctura malum, tali contagio, tam pestifero inficiente, ac misere de
cipiuntur, qui pueros in aulam erudiendos mittunt, cum inde vi
ac violentia extrahendi potius essent. MIS. Vt narras. Verū
egestas, quā dixi, suas & ipsa partes sibi vendicat, necessariū ma
lum, quæ optime institutā indolē peruertit, nec sibi constare si
nit. Quæ omnia venalia habet, & nihil non pecunię studio facit
ac patitur. Hęc proditores gignit, ac rebus semper nouis studet.
Vides enim vt opus sit egentibus illis, quod prodigant, quando
quidē & ipsis cōmune est cum alijs luxū colere? Itaq̄ vndeunde
possunt corradunt. Per phas ac nefas querunt. Certe enim, vt il
le ait, viro esuriēti necesse est furari. CAS. Quid tu? illos pau
peres deteriores putas, his, qui ex crumena, vt fertur, generosi
sunt? MIS. Nihil minus, sed sua sunt & illis vitia, quæ nihil
ad hunc locū. Egentes omnibus semper vitijs obnoxij sunt, cito
munera accipiunt, cito spe lucri fidem frangunt, adduci facile

C

possunt, vt secreta sibi cōmissa effutiant, vt ea quæ in cōsilijs agi-
tata sunt prodant, vt iniquā principi causam cōmendent. His in-
tercessoribus si quis eos pecunia preceperit, omnia citra negociū
a principe impetrabit. Atq; hos presertim obseruant hi, qui prin-
cipum fauorē venantur, non imprudentius, quam qui oppidū
expugnaturi, ea parte, qua munitū minus est, aggrediunt. Sed iā
de his satis dictū, quæ aulam turbant, quæ recte ventis cōparau-
mus, quod vt illi, quieto mari fluctus concitant, ita hi quos me-
morauī flatus, miras aulæ tempestates inuehunt, vt iam nosse vi-
dearis, vnde hęc sint in aula inquietudines, hi tumultus. Verum
quo tandē diu multūq; iactatā nauim nostram impellāt, accipe.
CAS. Audire gestio. MIS. Aliquando in perniciē statim,
vt si quis cupiditate excæcatus, aut egestate coactus, rem cōmit-
tat supplicio expiandā, aut si huc eum consuetudo, quā cū malis
habuit, abstrahat, aliquando ad infamiam, his eisdem spiritibus
aut per ambitionē & luxum. CAS. Quo illi puto recidunt,
qui aut in furto deprehensi sunt, aut mercede fidē prostituerūt.
Aut vero qui ambitiois studio principi fucū fecerūt, aut qui per
vinū vel amorē, turpia admiserunt. MIS. Qualis ille hic nu-
per fisci p̄fectus, a quo princeps rationē audire cum vellet, in-
tellexit vno anno decocta aliquot aureorū milia. CAS. Et q̄
pacta cum hostibus pecunia, nihil vtile Cæsari suasit MIS. Et
multi qui magistratus emunt, & honores mercant. CAS. Et
qui vino dediti, multa sepe tacenda per ebrietatem effundunt.
MIS. Qualis etiā fuit, qui paucos ante annos in hac aula versa-
tus, cum honestū locū haberet, sed per luxum prodigeret omnia
ac ære alieno obrueret, meretriculā, cuius amore tenebat, eque-
stri ordine natus iuuenis, vxorē duxit. Deinde non suppetente,
quod necessarius vsus requireret, latrocinij vitā tolerauit, ac tā-
dem cum alijs latronibus cōprehensus, carnifici secandā ceruicē
prebuit. CAS. Vt capio, hęc sunt in isto mari Syrtes, hęc Scyl-
læ, hęc Charybdes, quo nauigantes hoc modo deiecti, pereunt.
MIS. Et Lestrygones Caste, ac Cyclopes, qui statim deuorāt,
ad quos ille, scis, deferebat, qui cū pacta mercede, principis vitæ
insidiaret, cōsilio preuentus, extremo supplicio affectus est, &
nunc a quatuor stipitibus dependet. Et quē proxime laqueo sus-

spendi vidimus, q̄ erariū cōpilasset. CAS. Et quem ego vidi
Romæ, q̄ liberius monuisset pontificē, capite plecti. MIS.
Non ille Caste, sed forte ad scopulū offenderat. Sunt enim sco-
puli etiā hoc in mari, caute transeundi, ne frangas nauim, & om-
nem semel substantiā perdas. CAS. Et hi qui sunt? MIS.
Vnus omniū maxime vitandus, ira principis. Nam qui huc im-
pegerit, actū de eo puta, atq̄ audi Caste, quo potissimū pericu-
lo, versemur apud principes, siue te enim tuus ille conductor, be-
nignius respicit, anxius es nequid offendas, & favorē vt retine-
as. Siue abs te oculos, aureis ac manus longe habet, bene mereri
studes, idq̄ vigilando, laborando, dum sursum ac deorsum vo-
litas, dum frigus ac æstū fers, dum digna ac indigna pateris, dū
omnia conaris, ac sepe cōtra flumen natas. Ita semper lassandus
venis, semper ac singulos in dies deterior fit seruitus. Dum tamē
interim nescis, an hæc ille sentiat, aut agnoscat. Qui si sciat etiam,
quantū merearis, non facile tamen concedit, quæ ad tranquillita-
tem tibi sunt. Quippe ex cuius re est, hiantē te detinere, ac suspen-
sum, sperantē semper fore, vt emergas, vt aliquid se mitius det,
vt sit laboris merces, sudoris premiū. Quo in statu sepe interim
contingit, vt tibi irascat̄ ὁ θεὸς ἐνεὶ ἡμῶν, ob leuem aliquā aduers-
sum te causam motus, quā ille tanti facit, vt magna deprecatiōe
opus sit, quo tecum in gratiā redeat, cum sepe ob rem nihili, ob
floccos, ob pilum, ob viciosam nucem, ob fumī vmbra excan-
descant principes, inflammentur, rabiem contrahant, furiant, ac
coelum terræ misceant. breuiter, in nugis Tragoedias agāt. Tan-
ti est diu seruire se affligere ac conterere. Qua propter quosdam
vidi, post, quam multis annis summa diligentia, maximis labori-
bus seruissent, semel vel ficta causa cōmoto principe, pecunia
pariter ac libertate multatos, nonnullos vita etiam spoliatos. Le-
uiiores scopuli sunt Principum suspiciones, quarum illi capaces
maxime sunt, sed in quas non sine periculo incidimus. Atq̄ in
his ego ppetuo Caste, ob loquēdi libertatē, quo plurimū offen-
dunt illi, hereo. Deinde pariū inuidia, intra quā nō admodū se-
cure nauigat. Ac presentius oībus malū delationes, quarū cum
impetu si impariter conflixeris, periculū est rerum simul ac vite.

Porro caute omnino tractanda est eius, cui seruis, quantumcumque
iusta obiurgatio. Ea est his ægris natura, quedam sibi nonnunquam
ulcera tangi nolunt. Iam hoc, quod fugiendum & ipsum est saxum,
speciosa vxor si illi sit, aut filia, ne vel ames, vel amari tibi contin-
gat. CAS. Ad huiusmodi scopulos perijt apud Alexandrum
Callisthenes. MIS. Et cum periculo nauigauit Agis Argiuis
eundem reprehendere ausus, quod in adultores & ridiculos, perinde
de ac in bonos liberalis esset. CAS. Clytus vero, quod ab illo cy-
clope repente deuoratus est. MIS. Et ab Astyage quem passus
est Harpagus. CAS. Et sub Cambyse Prexaspes ut habitus
MIS. Porro illi Romanorum imperatores quod misere multos ha-
buerunt. CAS. Nostra autem tempestate, quæ se indigna dede-
runt, & in Sueuis illud quale exemplum. Proinde omnipede stan-
dum, ne in hoc mari nauigationem experiant, qui vitæ consultum
volunt sue. MIS. Quod nisi a me sic esses monitus, quo te
precipitasses. CAS. In mirum ut video pistrinum. Quapropter
alia in eunda vitæ ratio est. MIS. Ita caste cogita. Nam aut ager
honeste coli potest, aut literæ doceri, aut utcumque manibus opera-
ri licet & rem militarem exercere, καὶ ἐν ἄλλοις ἐπιπέδοις, aut medi-
cinam tractare, ut ex te tibi uiuas. CAS. Recte suades, tu ve-
ro, sic monito me, quid tandem in hac poenitudine tibi proponis,
iam senex, an omni deuorata boue, in cauda tandem deficies. nec
extremum fabulæ actum implebis. MIS. Ne hoc quidem degene-
ris animi, vel in extremo resistere, & iam varie super his consul-
tans, nondum inuenio, ut me expediã. CAS. Deum te ex ista iacta-
tione in portum aliquem referant Misaule, ac ut libertatem recipi-
as, faxint, aut aliquam tibi fructuosam cogitationem indant, qua te
ab his rhetibus explices. Sed prosequere oro de vita aulica, quan-
do adhuc ante horam sumus, quem te ad illud seruitutis hostium
auocabit. Et quod restare videtur, quæ te causæ in hanc nauiga-
tionem adduxerint, aut de syrenibus ut meministi, aliquid refer.
MIS. Audi igitur seruitutis huius causas, nam fructum abunde
opinor intellexisti. Primum ea Caste, quæ tu quoque paulo ante
suscepisti, admirabar, vestium nitorem, aurum, & gemmas, ac illos
arabice olentes purpuratos, ut deos verebar. Deinde magni faci-
ebam, his conuersari, ad quorum conspectum etiam, summa conten-

tionem, maxima sepe multitudo procurreret, hisque colloqui, & eorum familiaritate censeret, ac illas affectabam immunitates, & diuites omnes putabam, qui sic ornarentur. Cumque patrimonium mihi esset perexiguum, facile hoc loco ditescere proponebam. Quaedam preterea insita fuit, & iuueni, & imperito, ut multis ambitio, nam aliquando videns ex aulicis reuerenter aliquos appellari, ac orari, ab his, qui aliquid apud principem captabant, deinde muneribus quoque peti, rebar omnes in aula consuescentes, potentia plurimum valere, ac facile audiebam, cottidie increpantes me his verbis, quoniam tu in aulam te confers, ut prodesse & tibi possis, & omnibus tuis, aliquam adeptus prefecturam, aut ad aliquod promotus officium, vel aliter principi charus. His ego Caste Syrenibus, cum occinuissem, neque ego Vlyssis consilio cera aures obthurassem, subuertendum me prebui, deceptus miser cum minime presentiscerem, in que mala deo irato meo prouoluerer. Nam quid vestes admirabar stultus, que truncum etiam ornant, & animum non arguunt, cum ex animo constet homo, nec ad eum aliquid pertineat, eorum que exterius adherent corpori. CAS. Quo minus illos fero, qui monachi vocantur, qui nobis vestium ostentatione volunt, sanctimonie opinionem persuasam, cum hoc hominum genus valde detestatus sit christus, quem ego credo cum in terris esset, nihil aliter atque alios homines vestibus usum. Hi autem quas non diuersitates excogitant? In quod se non monstrum transformant, ut que maxime dissimiles sint per omnia. Atque in his aliud Francisco placuit, aliud Bernhardo, aliter visum est Dominico, aliter alijs. MIS. Neque illud videbam, multos sic vestitos, plurimis interim egere. Sunt enim ista non ex hominum facultate, sed consuetudine ac moribus aule, que vult homines iactabundos, ostentatores, gloriosos, ac magnificos, qui se omni foris pulchritudini ac venustati conformant, cum intus morbidi, marcentes, ac mire informes sint, ut mihi videtur, similes parieti incrustato, intra quem ruinosam multa sint, aut sepulchro splendide foris extructo, ac statuis & imaginibus egregie adornato, quod deformes intus caluarias, nuda ossa, & obscenos foetores contineat. Quinetiam multi horum, ut sic vestiantur, fraudant, rapiunt, ac furantur. Nam habendus est in aula vestitus, non quem tu parare potes,

sed qui ex principis dignitate est. CAS. Ibi te illius meminisse oportuit, quod Creso obiectū a Solone est. Nam ille cum adhibito Solone, aurea se sponda molliter ac regie adornatū, nitide composuisset, ac ab illo percontaretur, nunquid vnq̄ speciosius vidisset, respondit Solon, gallos gallinaceos, pauones, & id genus animalia, in his enim admirandū naturā spectaculū exhibuisse, regis stoliditatē arguens, ac istiusmodi fucorū cōtemptū innuens. MIS. Et multa præterea, quæ si mihi in mentē venissent, non his cōcessissem, huiusmodi obijcientibus illecebras Syrenibus. Qui si itidē, q̄ periculose tractentur regum ac principū amicitie, considerassem, non tanti fecissem, huic interesse pompæ, in qua multi opprimunt. Quam friuolū est enim, tunc se putare charum his dominis, cum dextras porrigunt, aut osculandas etiam præbent, aut vbi familiariter colloquuntur, cum non affectus sint illa, sed ostentationis plerūq̄, quæ per omnia in aulis regnat, ac insidiosū vt in plurimū sint, principū affatus, quos illi ob id blande conferūt, vt suorū animos explorent, & allectos hac benignitate, ad effundendū aliquid temere inducant. Plurima enim oportet simulare ac dissimulare reges. Vnde non imperite solebat dicere Germanus imperator Segimundus, qui nesciat simulare, eum nescire regere. Plerisq̄ vero tunc affabiles sunt cum soluendū salariū est. Ac iccirco blande conferunt, ne sibi illi pecuniā petendo molesti sint. Maxima enim & ibi difficultas est, postq̄ diuturnā ac durā seruitutē serueris, vt stipendiū extorqueas, quod siue non petis, non soluitur, siue multū ac sepe, offendis. Hoc autē tempore, omnes fere per Germaniā principes egent, propter luxum & vanitatē, quibus dediti, plurima inutiliter absument. Vides enim, vt multa scurris, ludionibus, mimis, parasitis, ac musicis largiantur? Vides, vt in aulis noctu diuq̄ bibat & edat? vt pauimēta vino madeāt? vt plus ebrū isti pfundāt q̄ ingurgitēt? pl⁹ ingurgitēt, q̄ ferre possunt? tū ad emulationē vsq̄ dantur vestes. Atq̄ is est principū tumor, quanto magis egent, tanto minus egere videri volūt, & iccirco nihil de pompa, nihil de apparatus remittunt, imo in alterius inuidiā alter prodigit, ne perdendo inferior sit. Interea speciosus ille foris colossus est, intus squallet. Quod me ditescere volentē, misere de-

cepit, aurum subgratū cum pro solido venerarer, ac istas esuris
rem pontificales cœnas, ad has tam cupide respicerē gallicas ve-
stes, ad hęc monilia. Nam in aulis qui habent ista, plerunq; nihil
pręterea habent. Quinetiā plus aliquando perdunt aliqui serui-
endo, q̄ lucrantur, quod apud quosdā neq; emergere est, & rē
suam dissipare oportet. Porro stultissime delectū agunt princi-
pes eorum, quos in famulatū adsumunt. Neq; enim ex virtute li-
cet emergere, sed vt plurimū queritur, qui procera sit statura, la-
tis humeris, ardua ceruice pręlongis tibijs. Atq; is cōmendabili-
or fit, si etiam barbā ad terrorē adornet, & calamistro cęsariem
vrat, ac per aulam ingressus, huc illuc bracchia iactet, tibias ven-
tilet, humeros ostendat, vt illos poscere videatur, Virgilianos cę-
stus, cum Entello pugnaturus, & vestes habeat discoloris, ac p
oīa pictas, magis etiam q̄ pictus est gallus gallinaceus, triginta
gallarū maritus, cum istiusmodi Thrasonū vnus, nō sufficiat
ad explendū vnus mulierculę desyderiū. Scilicet athletas bonos
amant principes crassos istos, pingues, & torosos, illos vero ma-
cilentos, breues, graciles, subpallidos ac tenuis, quāq; pruden-
tia forte & cōsilio valeāt, non admodū curāt, quia non est inq-
unt, bene psonatus iste. At hos gigātes in satellitiū citra cūctati-
onē libēter adsumūt, ac tales sibi gaudēt esse anteambulones &
sectatores, q̄q; minus sit nōnunq; in aliquibus cerebri q̄ in culice
sanguinis. Nimirū hoc comitatu abūde ornatos se, etiā si nulla
sit virtutis ne cogitatio qdē, putātes, pręter q̄s capita extollunt
adulatores q̄s dixi, relictis post tergū bonis, & plerūq; paupib⁹.
Nā vt nosti, haud facile emergūt, quorū virtutib⁹ obstat res an-
gusta domi. Atq; hi sunt, quorū hęc ilias capax est, quæ alioqui
stultorū regū & populorū cōtinet æstus. Quod intelligentē cō-
siderare oportet, prius q̄ aggrediat, an aptus sit hęc obire mu-
nia. Nā pręter ea quę dixi, qd in aula ferendū sit, nihil te cælabo
ac primū oīm qd de immunitate dixisti, quę posset in hac serui-
tute imunitas esse? Quā molestū est aut, ac indignū, oīa humili-
ter, oīa submisse & abiecte facere? Nam cum omnino seruitus
sit aulica vita, nec aliam appellationē capiat, quam ea quæ faci-
unt emptitiij illi, quādo nomē haud effugimus, in re ipsa solatiū
repositū habere debebamus, vt esset hęc scilicet liberalis seruitus

At non putant nunc principes aliquod esse inter se & ministros suos discrimen, nisi ad contumeliā vsq; vtantur opera nostra. Itaq; volūt assiduitatē, volūt sudores, volunt quoquo eant, vt se velut propria vmbra comitemur, neq; amant quenquā, nisi q in oculis sibi perpetuo sit. Et eos benignius habent, qui obstip= po ante se capite, quoties ipsi respexerint, inclināt. Quibus agilia sunt genua, qui omnes illorū nutus, nedum iussa obseruant, qui ceremonias aulicas pro legibus colunt, atq; igitur vno omnes ordine callent & exequuntur, ita vt si latū ab his vnguē discedant, piaculum hoc sit. Proinde desertores vocāt eos, qui non semper in tergo sibi herent, magis, q̄ qui in acie loco cesserunt. Et summum studium est, vt recte misceatur regiē pompe strepitus, vt ad omnē principis intuitum palleat quis, ac attonito similis sit. An nō vides, vt apud hos titubantē dicere oportet? ac pre timore sudantē nonnunq;? Vides, quantūcunq; aliquod familiare et exiguū est negociū, qua perplexitate, q̄ hesitanter ac trepide ille dicit orator, vt Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram? vbi periculum est si in tituli pronunciatione, vel syllabam pretermiseris, aut poplites tui si officiū ibi minus scite faciant, cauēdumq; vt omnia sint mollia, perfracta omnia, vt opus sit, docto alicui comœdiarū actori operā dedisse, ac histrionicā didicisse, quo nequid in congenudatione aberretur. Quę cum vanissima omnia sint, tamen plurimū in his diei absimitur. Deinde apparitiones illę quales sunt, quando totas nonnunq; sex horas standū est, vno quasi in vestigio? quando huc illuc, sursum deorsum p currendum? quando equitantē illum per urbē, fessis diu pedib; sequi oportet? quando in plurimā frequenter noctē obseruandus est, dum a conuiuio redeat? quando in æstu ac frigore excubandum. Et sunt homines qui in his erumnis vitam putent, q in hoc volutari cœno volupe admodū ducāt, & pro delitijs habeant, hæc facere, hæc q; pati, quasi aliquid adhuc intersit, inter aulicam captiuitatē, & eos, qui bello capti turcis seruiunt, aut seruari principibus citra assentationis vicium possit, quæ sunt enim ista pauloante a me pertractata? quæ etiam si adamussim exequi studeas, & efficere quod placeat coneris, tamē in ambiguo est, an tuam ille sedulitatē agnoscat, aut per optimos illos

cōuictores

conuictores an placere tibi liceat. Nec minus danda opera, ne
quid aulici isti susurriones improbent, quod ipse ille iupiter tuus ne
offensam contrahat. Qui si assiduū te videant, ut iam frequenta
ri in principis auribus incipias, meritū omne tuū inuertunt, gra
uem vocantes ac importunū. Et vbi ascendere quantuliscunq;
gradibus animaduertent, deijciendi consilium capiunt. Quorū
studio factum est, ut inter abiectos nunc accumbam. Certe enī
fortunę rota est Caste in hac vita, in qua quotuscunq; si ascen
derit etiam, diu cōsistere potest. Quod vicissim omnia fiunt, ut
qui nunc sublimes sunt, rursus decumbāt, & qui paulo ante de
primebantur, nunc summo in orbe conspiciendi emineant, ut ali
us alium impellat, ut tuū illū emulū, siquid tibi prospere succe
dit, vrat. Iam in illa pompa, quæ inuidia est, quis quo loco am
bulet? quæ ambitio? deinde prelibatores, cui malo exponunt se,
precepturi, si qua illi domino mors destinata sit. Atq; adeo ne
quid tutum, nequid sit in aula pacatū, aliquos vidi a Morioni
bus exoculatos, dum prouocati illi furiunt, quosdā ad mortem
vsq; cęsos. Inter quas molestias, inter quæ discrimina, quid tan
dem premiū, quid solatiū est Caste? Aut non semper vigilandū,
alteram in partē, ne tibi vilescat gratia, in alterā, ne tui sit tedium.
Et forte officium petis, quod aut locatū iam est, aut si vacet, plu
rimos habet competitores, quorū tu studio nisi par fueris, quan
do tandem spes est, multis vnum preferri? Tum nōnunq; in pi
ratas incidit hęc nauis. CAS. Quos in piratas dic oro? Nam
ut video omni a parte nauigatio est vita aulica. MIS. Quid
aliud enim? nisi tu quicquā inuenisti magis huic simile. CAS.
Nihil esse credo. MIS. Proinde multos habeant insidiatores
multos etiam aperte inimicos, necesse est, qui multa possident.
Vnde si contigerit ei, apud quem seruis, bellum esse, ac in hostes
tu incideris, & illi captum abducant, tum quis redimit? CAS.
Quis enim alius, quā cuius id causa passus sim? MIS. At ne
mo minus Caste. Nam tuum ibi patrimoniū diffluit. Ac ipse te
ut libereres opus est. Quod si inmitiorē nactus sis piratā, carcerē
vincula, torturas tibi propono. Nonnunq; etiā mortē. CAS.
Duram valde condicionē narras. MIS. Quasi aliquid mite fe
rat aula. Vides igitur aliquot sepe milia, ob duorū homūcionū

D

leuiusculam contentione, ex ambitione sumptā forte, in tua se
cæde conficere? CAS. Video. MIS. Quid principum fa
miliaritatem suspicis igitur? CAS. Quia in animū non reuo
caui ista. MIS. At nunc sapias. CAS. Tuo beneficio.
MIS. Quamobrem fortunatū te, qui alieno periculo caues, me
incoelicē, qui sic pereō. CAS. Ni fallor, bona principū pars
ea facit, quæ de syracusano illo respondit Diogenes. Nam inter
rogatus, quomodo amicis vteret Dionysius, vt vasculis inquit,
dum plena euacuat, & abiicit vacua. MIS. Sic est. Et iam
prope arbitror, vt bene vacuū me eiciat ille, quando quidē lon
gius esse mihi a limine, q̄ solebam, videor. Ac nisi me omnia fal
lunt, iam dudū illam exuo gratiā, qui diu seruiui, & quod poeni
tendū maxime est, optimā vitæ partē, & ætatis florē in aula per
didi, inter sycophantas ac assentatores, inter fastum ac superbiā
aulicorū congerronū. Inter magnificos Satrapas, regios canes,
inter homines Caste, quorū ne in cœna quidē laudandus sit ali
quis. Inter gloriosos milites. Inter illos Caste equites, qui sunt
ipsi magis plerūq̄ bestiae, q̄ hæ quas equitant, atq̄ adeo inter
centhauros, inani spe, sine fructu, duris semper modis fatigatus
ac delassatus, dum virebāt genua, dum oīa erant integra. Qui si
hodie abiiciar, ac aliquis roget, quonam pacto in aula consenue
rim, quid aliud respondero, quam quod ille apud Senecam, iniu
rias patiēdo, & gratias sepe agēdo? CAS. Vicem tuā do
leo Misaule, quamq̄ desperandū non puto, & forte tempus est,
vt lætius aliquid eueniat. MIS. In illius hoc Caste genibus si
tum est. Qui quomodo aliquid daturus credetur, exhausto iam
& inutili, q̄ oīa falso promisit iuueni & valido? CAS. Spes
est hæc lubrica quantū sapio. MIS. Te monitū igitur velim
ne tam periculosę navigationi te cōmittas. Quid enim diuitias
sperat aliquis, inter tot egentes cōpetitores? aut potentiā qd am
bit, quā sine inuidia habere nō potest? aut quā si habeat, cū peri
culo habeat? Cū de oībus illi secū potētib⁹ male suspicent. Por
ro q̄ nisi valde stultus, si hoc modo sit monitus, in hac experiri
naue sustinuerit, cuius præter alia tam spurca est, tā foeda ac tetra
sentina? CAS. Etiā sentina ibi molesta est? MIS. Etiā, ne
qd vlli naute patiant, qd non cōmune illis sit cū aulica familia.
Igitur immundissime sunt in aula sordes mira obscœnitas. Pri

mum cibus vt multis, ita negligenter apparatus, marcescentibus
sepe ac rancidis carnibus, in vas nihil purius coniectis, quibuscū
grylli se, muscæ, ac aranei, & id genus animalia miscuerūt. Aut q̄
vermes iam pepererant. Atq; hæc quales quales sunt semicoctæ tibi
nonnunq; apponunt. Iuxta insipidū olus, aut legumina vtcunq;
cōmixta, aut pisces iā diu ante mortui, aut aliqd his multo spur-
cum magis. Vinū aut acidū, aut quod ab alia sumptū mensa est,
de quo biberat forte barbatus aliquis, barbā profuso nuper iu-
re infectā habēs. Qui adsidēt, hesternā crapulā olēt & eructāt,
per omnia foetidi. Quorū aliquis percacatis sedet foemoralibus
vini impetu emollita aluo, aut apud ipsam mensam vomit. Nā
ita frequenter hæc fiunt in aula, vt quocūq; tempore abs te aliqs
percontet, quid agat in aula, recte illi respondeas, bibit, vomitur
effundit. Huc adde, q̄ non hominū tantū, sed bestiarū etiā feren-
dus est foetor, canū excrementis tota referta aula, aduersus quæ
obthurasse nares, adeo est inurbanū ac inelegans, vt in fabulam
quoc; venire soleat. Atq; his te vt feras assuefieri oportet, tum
alibi, tum vero in ipso etiā triclinio sumentē iam cibū. Quanc;̄
preter ista nihil ibi lautū, nihil est mundū, crassum ac multo sem-
per iure impinguatū mantile, vt digitis herens quoquo trahas se-
quatur. Calices situ oppleti ac feculenti, mirū in modū conspur-
catae patinae, iuxta inquinata oīa ac obscœna, & odore vt pluri-
mum teterrimo. Noctu aut quæ cōmoditas quiescendi, inter ob-
streperos potores. Quorū ille ἀμουσὸτατορ aliquid, nocte iam
concupia, quod omnīū asinorū ruditū superet, occinit. Alius vi-
no disertus, aliquot sepe horas sermocinat, inconditis tibi fabu-
lis somnū inturbās, forsitan & eundē tecū sortitū lectū, aut ex
ebrijs illis vn̄, aut q̄ ex morbo puteat, ac scabie infectus sit, aut
cui spurce oleat ania, vel q̄ alijs tibi modis sit molestus. Adde le-
ctos, nō ipuros tm̄, sed & pestilētes sepe, vbi ille dormierat pau-
cis ante diebus morbo gallico adesus vbi leprosus aliqs desuda-
uerat. Lodices sextū ante mensam loti, in qbus se volutarūt mor-
bosi illi, q̄ multā, si inspicias, sanie, multū pus exceperunt. Atq;
hæc oīa tunc magis obijciunt, q̄n vaga est aula, vt in alijs ac alijs
diuersorij̄s pnoctandū sit, humi nōnūq; vix raris substratis tibi
stipulis, aut pediculosa aliq; culcitra int̄ cimices ac pulicū examia

CAS. Capiro, & videre memini ebrios illos modis omnib⁹ im-
mundos. MIS. Tunc cum in suis illis versarentur delicijs?
CAS. Cum eodem in triclinio alij biberent, alij vomerent, non
nulli inuicem sibi oppederent. MIS. Tunc cum ille iaceret iã
victus potor, ac inter dormiendũ vomeret, inter vomendũ dor-
miret, excubantibus iuxta canibus, qui omnes medio tenus pala-
to sordes elamberent. CAS. Cum alij scorta, alij taxillos po-
scerent. MIS. Non iam ignoras igitur, cuiusmodi tibi, si huc
concedas, exhaurienda sentina sit. Quod si cum ipso nonnunq̃
principe seorsum coenes, vt laute omnia parata, eleganter appo-
nentur, non audes per verecundiam apposita sumere, ac Tantali
more in copia eges. Tum te interficiunt, aut morbis omnib⁹ ob-
noxii reddunt, varia ciboꝝ genera, quibus appositis, continere
te facile non potes, quin nimis edas. Et longo interuallo missis
importantur. Ac ea plurimũ hora cibus sumitur, que tibi mini-
me cõuenit. Neq̃ enim in aula tunc editur, quando homines esu-
riunt, aut tunc bibitur, quando sitiunt, aut suo tempore quiesci-
tur. Omnia confusa sunt, omnia intempestiua. Et forte expectã-
dus est ille, qui aut in venationẽ abfuit, aut ius dixit, ac leges de-
dit. Quæ omnia eo tendunt, vt valetudinẽ negligas, ac corrup-
pas, vt febres, vt podagras, vt vlcera ac pestes contrahas. Sed iã
credo satisfeci, & tuæ Caste petitioni, & meo in te studio, quo
magis ad seruitutẽ remittas iam me, atq̃ audin sonare æs illud,
quod me dixi ad officiiũ vocaturum? CAS. Audio, sed bre-
uiter adde aliquid si restat, Epilogi in modum. MIS. Quid
vis addam, nisi vt te moneã, quo mare illud tot modis suspectũ
fugias ac vites. Ne vnq̃ navigationi te committas, tam pericu-
lose, tam exitiose, ne in rebus adeo dubijs, adeo incertis spem po-
nas, ne tibi pedicas induas, ac spontaneã vltro seruitutẽ accersas
in qua postea miser cum sis, non identidẽ sis miserabilis, cum ta-
lis esse volueris, & ex miseria voluptatẽ tibi petendã duxeris. Ne
te ex cõmodiore vita, in has tẽpestates, has procellas, vnde emer-
gere difficillimũ sit, abijcias. Ne ab animo exiles. Et in his affli-
ctionibus immunitatẽ ne queras, vt memineris libertati renun-
ciatum, vt primum in aulam te mancipaueris, nisi seruus non est
aut captiuus non est, qui vnã domum egredi citra præscriptũ

non audet. Omnino, vt longum valere dicas, aulae, in qua cor-
 rupta sunt omnia, οὐδ' ἐπιγίγισ, vbi difficultates mirè obijciun-
 tur, archana reticere, ociū recte disponere, iniurias tolerare, vbi
 alijs opera impenditur, sibi malum accersitur, vbi optimū quod
 habemus frustra tempus conterimus. Tandem vide sis huic inue-
 nusta venustati, ne te capiendū præbeas, quo ne foris iucundis-
 sime demulctus, intus acerbissime tracteris, denicq; misere sub-
 uertaris. Nam quid refert, aureis te cathenis vinctū quis, an fer-
 reis detineat? aut aliquid refert, a quo metallo piscis trahatur? In
 summa, vt mare esse memineris aulam, De me, vt ab isto naufra-
 gio enatem, videro. CAS. Dabo equidē operam, ac tibi mul-
 ta libenter debeo, qui me in tempore monueris. MIS. Tibi
 ego gratiam vicissim habeo, q̄ me non oscitanter audiueris. Sed
 iam eundum est, tu vale, ac in longum vale, & extra aulam vale.
 CAS. Et tu vale, ac liber esto. MIS. Quod dijs videatur Ca-
 ste. Sed ecce Velinum video, reuerti a principe, quem de salario
 persoluendo moniturus, hodie accessit. Interrogabo, quod re-
 sponsum tulerit. Heus tu Veline. Audin Veline? τί σοι ἀπολλωρ
 κέκισθ' ἀγιστέρ?

F I N I S.

Synceriter, citra pompam, Quod bene vertat.

VLRICHI DE HVTTEN EQ. GERMANI IN
Prognosticon ad annum, M. D. XVI. ad Leonem. X.
 Pont. Max. Carmen Heroicum.

Quæ se horrenda mouent superi? quæ dira redundant
 In genus humanum? flagrat proh Iupiter omnis
 In clades Europa suas. Respublica Christi
 Heu nimium secura sui, ruit in sua præceps
 Viscera, crudeleisq; ciet miseranda tumultus.
 Omnis in Italiam tendit furor, ipse minatur
 Horrificam latio stragem Saturnus, & atro
 Increpuit Martem intuitu. Mars arma, necesq;

D iij

Sanguineum molitur opus, sæua omnia regnant.
Concessit de iure suo, graditurq; retrorsum
Iupiter, & totum dat acerbis cladibus annum.
Idq; adeo metuens, & non ignara futuri
Bis petit obscurum, & condit se luna tenebris.
Ipse quoq; obducta squallet ferrugine frater.
Tot signis monuere dei, presensimus omnes,
Cauit nemo malum, sed nec potuisse putandum est.
Auctores Dii cladis, & accusabile fatum.
Ecce ergo aerias ruit hac a parte per Alpeis,
Effusura omneis iterum Germania vires.
Substitit iratus Verone ad mœnia Cæsar
In latias speculatus opes, traxitq; feroces
Rhoetorum populos, & amanteis bella Sueuos.
Francorumq; equitum nunq; exuperabile robur.
Vindelycasq; manus, & abactum montibus illis
Heluetium peditem, tum quicquid Rhenus & Ister,
Quas vires celer Albis habet, peregrinaq; regum
Auxilia, Scythicos metuendo Pannonas arcu.
Et te Berne armis inuictum, equitemq; Polonum.
Hispanamq; aciem, quo non delectior vllus
Expugnare vrbeis populus. Neq; segnius audet
Parte alia Gallorum acies, iamq; optimus annis
Confertum rex agmen agit, raptumq; tueretur,
Insubrie fines, & agri ditissima regna
Cœnomanos, Ligurumq; vrbes, Alpeisq; subactas.
Dant animos iuueni patriæ prædiuitis aurum,
Successusq; sui, volucres in bella sequuntur
Allobrogum turme, pugnantescq; eminus arcu
Atrebates, tum qui longæue ab origine gentis
Se numerat Biturix, suetuscq; ad prælia Vascon
Vtilior pugnare pedes, Rhodanumq; bibentes
Quiq; colunt Ligerim, tum quod te Sequana ripa
Vulgus vtracq; videt, quicq; impete Celticus acri
Fertur eques, quos dehinc iuuat auxiliariis armis
Vrbs Venetum, fatiscq; suis obnoxia, fertur

In commune nefas. cincta est feralibus armis
Italia, & possessa malis, nec iam ipsa salutem
Ultra aliquam potis est sperare, peritq; videndo.
Posce Deos veniam supplex Leo, & omnibus aris
Innocuas protende manus, sacrisq; litatis
Iratos placa superos, pax incubet orbi,
Et toties sperata tuis, & debita votis.
Iam satis hoc luimus, superet de sanguine nostro,
Quod melius liceat rabidis offundere Turcis,
Hostiliq; Asiae, Solymum quo vindice templum
Infestis auferre Syris, diumq; sepulchrum.
Quod bene vertat.

Τ Ε Λ Ο Σ.

AD LECTOREM, LIBELLVS.

Expectare te iubemus lector, ab eodem Hutteno elucubratum
τῆσ μέθης ἔγκωμιον, idest Ebrietatis laudem, opusculū modis
omnibus facetum atq; perurbanū, quod propediem his eisdem
typis excusum in lucem dabimus. Vale.

In officina excusoria Sigismundi Grimm Medici,
& Marci Vuyrsung. Anno virginiei partus
M.D.XVIII. die vero. xvij.
Septembris.

ADLECTORUM

Faint, illegible text in the middle section of the page.

Faint, illegible text in the lower section of the page.




Bl 2660

(X2203249)


TA-7d





Farbkarte #13

B.I.G.



VLRICHI DE HVTTEN
EQVITIS GERMA
NI. AVLA. DI
ALOGVS.

AD LECTOREM.

Res est noua Lector, res est iucūda
lusus perurbanus & facetus : dispe
ream nisi legisse voles, Vale.

CVM PRIVILEGIO
IMPERIALI.



MDCXVIII

